

www.e-rara.ch

**Testimonia de praecipuis verae et christianae nostrae religionis
capitibus, ex sacra et canonica prophetarum et apostolorum scriptura,
veterumque orthodoxorum patrum libris collecta**

Wetter, David

Sangalli, M.D.LXXX

Kantonsbibliothek Vadiana

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-131834>

De homine.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Euseb. de p̄. Vniuersa diuina prouidentia existere & gubernari, ve
Euan. cap. 5. ra pietatis predicant iura.

Aug. de ei
ui: dei li. 10. & mouendi initia constituit: qui rerum causas habet, nouit,
cap. 14. atq; disponit, qui vim seminum condidit: qui rationalem a-
nimam quod dicitur animus, quibus voluit indidit.

in Psal. 148. Omnia quæ vanis videntur in rerum natura temere fie-
ri, non faciunt nisi verbum eius: quia nō sunt nisi iussu eius.

Augustin.
de Ciuit. dei Omnia quæ prestare hominibus vel angeli vel homines
li. 10. ca. 14. possunt, in vnius esse omnipotentis potestate, quis quis diffite-
tur insanit.

in Soliloqui
cap. 24. In tua voluntate cuncta sunt posita, & non est qui possit
resistere voluntati tuæ domine vniuersorum, principatum te-
nens omnis carnis, & quæcumq; vis facis, in cælo & in terra,
in mari, & in omnibus abissis.

Cap. 31. An quisquam sese faciendi erit artifex? an aliunde quæ
à te trahitur esse & viuere? Nonne tu es esse, à quo est omne
esse? Quicquid enim est, à te est, quia sine te nihil est. Non
ne tu es fons vite, à quo fluit omnis vita? quicquid enim vi-
uit per te viuunt, quia sine te nihil viuunt.

Cap. 34. Sancte sanctorum, deus inestimabilis maiestatis, deus
deorum, & dominus dominorum, mirabilis inenarrabilis,
incogitabilis, inestimabilis, quem contremiscunt in cælo an-
gelicæ potestates, quæ adorant omnes dominationes & throni,
& omnes virtutes pauent à conspectu tuo, cuius potentia &
sapientia non est numerus, qui fundasti mundum super ni-
hilum, & mare colligasti in aere quasi in vtre, omnipoten-
tissime sanctissime fortissime deus spirituum vniuersæ car-
nis, à cuius conspectu fugit cælum & terra, ad cuius nutum
omnia se subiiciunt elementa: te adorent & glorificent omnes
creatura tuæ.

DE HOMINE.

HOMINEM AB INITIO CREATVM
esse à deo ad ipsius imaginem, hoc est ad summam
perfectionem, in iustitia veraq;
sanctitate.

Testan-

Testantur sacræ scripturæ.

GEN. I. Dixit autem deus, Faciamus hominem ad imaginem nostram, secundum similitudinem nostram. Item. Creauit itaque deus hominem ad imaginem suam: ad imaginem dei creauit illum. Et postea. Viditque deus omne quod fecerat, & ecce bonum erat valde. Psal. 49. Homo cum in honore esset non intellexit. Esa. 43. Omnis qui vocatur in nomine meo, & ad gloriam meam creauit eum, formauit eum, etiam feci eum. Ioan. I. Omnia per ipsum facta sunt, & absque eo factum est nihil quod factum sit. Eph. 4. E docti estis in Christo de ponere veterem hominem, renouari vero spiritu mentis vestre, & induere nouum hominem, qui iuxta deum conditus est ad iustitiam, & sanctimoniam veram. Col. I. Exuistis veterem hominem & induistis nouum, qui renouatur ad agnitionem, secundum imaginem eius qui condidit ipsum.

Consentiunt patres.

Condidit deus homines, ut si ipsius voluntati obtemperarent, cum illo degerent, regnarentque immortales. Iust. Apol. 2.

Liberum & sui arbitrij, & sue potestatis inuenio hominem a deo institutum, nullam magis imaginem & similitudinem dei in illo animaduertens, quam eiusmodi status formam. Neque enim facie, & corporalibus lineis tam varijs in genere humano ad uniformem deum expressus est: sed in ea substantia quam ab ipso deo traxit, id est animam, ad formam dei spondentis, & arbitrij sui libertate & potestate signatus est. Tertul. lib. 2. aduers. Marc.

Plane deus, dei filius ad imaginem vite immortalitatis sue, & similitudinem equitatis sue fecit hominem, ut homo in qua iustitia factus fuerat imagine incorrupta permaneret, & similitudinem voluntatis per operationem spiritualem, factorem immitando possideret. Athanas. li. de assumpt. hominis.

Imaginem in eo obtineo quod rationalis sum, id autem quod iuxta similitudinem est, scio cum bonis sum. Basilus.

Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, recte secundum hoc quod interius & principale hominis est, id est secundum mentem accipitur, ex illo enim quod Epiph. in Anac.

in homine principatum tenet, quod eum distinguit à beluis,
totus est homo estimandus.

Amb. serm. in Psal. 118. Dominus secundum animam te ad imaginem & similitudinem sui fecit, hoc est rationalem, iustum, pudicum. In eo enim ad imaginem es, si sis iustus, ut sis imago iustitiae, si sis castus, ut immaculata in te figura praesulgeat.

Hier. in 1. ca. Ezech. Imago & similitudo dei, non est corporis forma, sed mentis, descripta ad similitudinem vere imaginis Christi.

Aug. lib. de essent. diu. Similitudo dei in homine refertur ad opus iustitiae, dicente domino, Sancti estote, quia ego sanctus sum deus vester, de quo S. Paul. informat & ait. Renouamini spiritu mentis vestre.

Idem li. con. Iudaeos Primus homo à deo, ex limo terre ad imaginem dei factus est, pudicitia ornatus, temperantia compositus, charitate circumdatus, immortalitate vestitus.

Primus homo sic factus est, ut nihil omnino, voluntati eius resisteret, si vellet dei praecepta seruare.

DE LAPSV HOMINIS.

ADAMVM INSTINCTV SERPENTIS & sua culpa imaginem dei & integritatem primam amisisse, ideoque totum genus humanum corruptum esse, & peccato morti, varijsq; calamitatibus factum obnoxium.

Testatur sacra scriptura.

GEN. 2. praecepitq; Iehouah Deus homini dicendo. Ex omni arbore horti comedendo comedes. At de arbore scientiae boni & mali non comedes ex ea: nam in die quo comederis ex ea, moriendo morieris. Cap. 3. Et dixit serpens ad mulierem. No moriendo morieris. Vidit iocatur mulier quod bona esset arbor ad rescendum quodq; desiderabilis esset oculis, & concupiscibilis arbor ad intelligendum & tulit de fructu ipsius, & comedit, deditq; viro suo, & comedit. ca. 3. Ada vero ait (Deus) quia paruisti voci uxoris tuae, & comedis de arbore illa de qua praeceperam tibi, dicendo. Non comedes ex ea. Maledicta terra propter te. Gen. 6. Corruerat omnis caro viam suam super terram. Gen. 8. Cogitatio